



# Notes du mont Royal

[WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM](http://WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM)




Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Bibliothèque nationale de France (BnF)

334  
Liber georgicorum  
Nicolai de Valle.



336

Pio. J. Pont. Mar.  
Nicolaus de valle.

Si vacat enea rerum dignissime presul  
Brataq; sint animo carmina nostra tuo:  
Perlege q; quondam dulci modulatus auena  
In latios ausus vertere greca modos.  
Escrei inspicias Himerae kae erga poete  
Greca quo quondam floruit hesiodo.  
Hec fuerant. fateor. plectro meliore canenda  
Hic opus ingenij quippe senilis erat.  
Et quia non nullos tam magna superbia vates  
Eleuat: ut nullo greca in honore putent:  
Sum tamen hoc ausus bis septem et quattuor anni  
Dum mea labuntur lustra trahente dea.  
Sumpsimus et tenues grecoꝝ e fontibus haustus.  
Dixta q; cum greco lingua latina fuit.  
Quicquid id est ad te vatum clarissime vates  
Vittimus es clario non minor ipse deo.  
Suscipe et hesiodum placido cōplete vultu.  
Hic quoꝝ iudicio stet q; cadat q; tuo.

**H**esiodi poētē Erga kaehimerae.i. opera & dies georgi  
con.liberp Nicolai de valle e greco in latinū conuersus.

**P**erides inusq; quarum viget inclita cantu  
Fama ducū: & vestri decus immortale parentis  
Dicte cur hominū pars h̄c sine nomine vitam  
Ducat & illius cur fama eterna per altum  
Euolet h̄ec iouis est magni diuina voluntas  
Ille etem altitonans summi regnator olympi  
Excitat imbellēs animos. & fortia corda  
Debilitat duce quo fortuna inimica superbos  
Deprimit: atq; humiles clarum super ḡthera tollit.  
Cum mala mens hominis meliorem inclinat ad vsum  
Et capiunt molles crudelia pectora cultus.  
Exaudi qui cuncta polo specularis ab alto.  
Qui nihil ignotum est: sanctissima dirige iura  
Justicie. liceat q; mihi fraterna monere  
Pectora. & ignotos viuendi ostendere mores.  
**S**unt gemine in terris quib; alter cantur in unum  
Mortales cause varia que mente trahuntur.  
Una qdēm studium laudabile sedula curat.  
Altera crudeli rerum depascitur haustu.  
Bella cupit. pugnq; exercet iniqua tumultus.  
Inuisum atq; atroc; pestis genus. hanc tamen ipsi  
Mortales fugiūt: tandemq; volentibus hanc dījs  
Exoptant. nequeuntq; huius cohibere furores.  
Illam autem prius obscurē genueretenebrę  
Seo fato meliore. pater saturnius illam  
Et generi humano & terre radicibus imis  
Imposuit. segnes artus & inertia corda

Excitat alter em̄ segnis cui vita manebat.  
Alterius spectans cumulos mora nulla bouesq;  
Jungit et impresso certam diuertit aratro  
Suedorum curat: siue inserit alter: ad artes  
Uicinum vicinus agit.laudabilis hec est  
Pugnandi ratio.fugienda sed altera.sub qua  
Inuidet aut figulus figulo vel egenus egeno  
Siue faber fabro.dulcisq; poeta poetq;  
Hec mea dicta p̄cor toto cape pectore perse  
Flecte crebra foro speculantem iurgia vulgi  
Auocet a studijs pugnandi inimica voluntas  
Nemo forum sequitur quē non souet annua messis  
Et bene clausa domi cereris gratissima dona.  
Hec q̄renda prius de hinc si vacat i pete vulga  
Et foras: in alterius rebus certamina pone.  
At non illud ages iterum germane.quod olim  
Ausus es infelix.litem hanc data iura resoluent  
Scis quondam internos prima est partita facultas.  
At tu nil iusta multum plus parte vereris  
Tecum efferre rapax.corruptus munere iudeq;  
Ille tuo est.sub quo tota hec sententia pendet.  
Ignarus.non nouit enim q̄d dulcius: aut q̄d  
Sit medium toto.melius.seu vivere malua  
Utilius.quantum dulci seu vivere porro:  
Nos veterum virtus occultauere superni  
Inq; polo retinent c̄lestes.tempore quorum  
Sat fuit vna dies tenui exercenda labore  
Una quiescenti tibi de hinc alimenta parabat  
Annua.tunc poteras tēmonis robora sumo  
Exploranda dare.et nulli iuga curva premebant.

Tergaboum nullum hemiones senserelaborem.  
Hos voluit faciles viuenti abscondere mores  
Ira iouis. cum se deceptum fraude promethei  
Sensit et illius causa mortalibus auxit  
Lurarum moles subreptumq; abdidit ignem.  
Recididit hunc iterum terris curuaq; latentem  
Subripuit ferula cauto puerille tonanti  
Japetionides. iacto qui fulmine gaudet  
Lusit fraude sua. subitam tamen arsit in iram  
Hec pater effatus nubis collector aquose.  
Japetionide cuius prudentia cunctos  
Locilio excellebat magnum spreuisse tonantem  
Arte tua gaudentq; dato mortalib; igne.  
Neu nociture tibi generi nociture futuro.  
Tale maligenus excutiam quo pectore toto  
Ecclent homines cupidi sua damna ministrent.  
Subrisit fatus diuini pater atq; hominu rex  
Vulcanu aspiciens atq; illi talia mandat.  
Gade celer speciem e terra mixto q; liquore  
Confice mortalem cui vocem et robora iunge.  
Sitq; ea virgineq; celestis imago puellæ  
Quâ sibi quisq; velit. dea quâ doctissima pallas  
Instruat: et varias percurrere pectine telas  
Eloq; ciat capit facilem venus aurea formam  
Luret ut assidua stimulata cupidine corpus.  
Fallacemq; addat mentem et fallacia verba  
Interpres superum vitor cyllen ius argi.  
Dixerat. imperio iouis annuit equa voluntas  
Leticolum: ex emplis singis vulcane puellam  
Virginis ora degsimil em. quâ glauca minerva

**L**inxit: et ex omni fulgentem parte polivit.  
**D**uicetiam charites. etiam celeberrima pitho  
Elurea carenti posuere monilia collo.  
**E**ffusq; comas hore de flore coronam  
Uernali tribuered e; tamen attica pallas.  
**I**llam pr;cipuo forme decorauit honore:  
Et superum interpres victor cyllenius argi  
Fallaceim attribuit mentem: et fallacia verba.  
**S**ic pater altitonans diuino iussat ore.  
**Q**uando quidem dederat sua munera quisq; deorum  
**M**ercurius merito p;adoram nomine dixit.  
Excitiale malum mortalibus: et fera pestis.  
**P**ostq; aut tantos cōfecit iuppiter astus  
**M**ercurium ad magnū iubet ire epimethea dono  
Luis erathanc. qui nūl veritus p;cepta promethei  
Lepit. et accepto nouit sua damna epimetheus.  
Nam prius humano generi secura manebant  
Tempora nulla mali species aut cura laboris  
**M**orborumq; genus. tristem qui funeris atri  
Corripere viam. quibus omnis frangitur etas  
Uincere dulce fuit. quadam sed tegmen ab urna  
Dum pandora leuat. totum exiliere per orbem  
Lurarum infestæ effigies. spes sola remansit  
Intus et elabris imo sub parte resedit.  
Obstigit impositum nam tegmen abiire volenti.  
**S**ic qui fulmen ait nubis collector aquosæ  
Iussat. innumereq; etiam mortale vagantur  
Per genus infande spes. quibus equor. et omnis  
Terra infecta tumet. morbi noctesq; diesq;  
**S**ponte sua sine vocerunt. nāq; ab iove summo

Ablata est illis quæcūq; potentia fandi.  
Sic impune parens offenditur ille deorū.  
**S**i vacato frater si non audire recuses  
Ordine plura canam genus immortale creatum  
Ac mortale simul credendum est aurea primum  
Secula dū superi totum sperere per orbem  
Tempore quo cgl iūpiūm saturnus habebat:  
Tunc homines diuum vivebant more nec illos  
Anxia curarum moles operumq; labores  
Lassabant aberat tristi cū mente senectus.  
Semper et in valido regnabant corpore vires.  
Nulla malilabes cōiuīia lcta placebant  
Dorsū similis somno fuit atq; vberima tellus  
Omnia liberius nullo cogente ferebat  
In cōmune bonū nec quisq; inuidit habentū  
Quā felix etas erat omnibus vna voluntas  
Et taciti lētos soluebant pectora in usus.  
Aurea postq; hominū paulatim defuit etas  
His pater altitonans meritos adiunxit honores.  
Sub terris habitare dedit qui numina facti  
Et genus humanum sancte quoq; iura tueruntur  
Justicie tenebris circūfusiq; pigrant  
Terrarum fines et opes mortalibus augent  
Proxima successit terris argentea proles  
Euro deterior sensuq; et morib; unpar.  
Tunc sibi quisq; suz fecerit sub vbera matris  
Ocia mortales paulatim adoleuit in annos  
In pprījs etiam laribus rude pectus agebat.  
Eucta tamen postq; ad summū generat etas

Vinendi brevius spaciū fuit: antius ardor  
Lurarum incumbens aderat: quas improba mentis  
Gaudia fecerunt alterna iniuria nunq;  
Destitit: et nulla in superos reverentia: nullus  
Sacrorum ritus etas argentea vidit.  
Hanc deus extinxit meritam flammatus in iram.  
Postq; hominum occuluit argentea secula tellus:  
Non tamen illorum sine nomine vita recessit.  
Sub terrisq; dei sedes coluere secundas.  
Tertia post illam successit aenea proles  
At nihil argento similis dryadumq; creata  
Sanguine: dura quidem robustaque pectora tendens  
Tota feri misero martis feruebat amore  
Nulla quies illi. nullum ius. durior etas  
Ipso adamantefuit vultu metuenda superbi.  
Qui nunq; inuictu robur fortisq; lacerti  
Defuerant humeris. tunc crea tela domusq;  
Omnis in ere labor. non ferri emergerat vsus.  
Hec autem proprio proles consumpta furore  
Ad gelidi loca nigra dei sine honore recessit.  
Et q; extiterit inuicto robore: ab atra  
Morte tamen victa est. solis lumenq; reliquit  
Postq; autem occulta est et aenea corruit etas:  
Quarta fuit soboles melior. cui plurima toto  
Justicię herebant animo pcepta verende.  
Divinū genus heroum primumq; vocari  
Semidei immensos illi potuere per orbēs.  
Hos insanus amor martis bellique nefandi  
Ardor. agenori de septem ppe menia cadmi  
Edipodę imperij causa consumpsit. et alii

**H**os maris vndisoni fluctus: cum pargama dasses  
**A**rgolicę peterent. vbi pallida mortis imago  
**D**e sup incubuit. dum iusto vlciscitur ense  
**T**indaris. hos etiam toto diuisit ab orbe  
**J**upiter. et vite meliorem tradidit usum  
**E**lysiosq; dedit colles habitare profundi  
**L**itus ad oceani felix et sancta propago  
**V**hic vbi vernat humus. vbi dulcia poma quotannis  
**Z**er gremio effundit nutrix vberima tellus  
**O** utinam non me quinta cum stirpe creassent  
**F**ata. sed ante mori seu post licuisse oriri  
**F**erre nunc etas. quam curę et mille labores  
**N**octe dieq; premunt. paulatimq; illius instant  
**E**xilio. sic dñs placitum. sed prospera tanto  
**F**ata etiam venient aliquando in turbine rerum  
**H**ec minus hęc infanda hominum delebitur etas  
**L**um matura annis illorum tempora cani  
**I**nsificant crines natis vt ante parentes  
**H**ec patribus nati similes. nec hospite tutus  
**H**ospes erit. sanctum corrumpent sedus amici  
**E**t furet arma ciens inter discordia fratres.  
**G**liue honoris inops hominum properata senectus.  
**H**ec pudor effractos senio obiurgare parentes.  
**I**n felix soboles legem et precepta deorum  
**H**escit: et inualido non hęc alimenta parenti  
**J**usta suo redet. quid enim q; iniqua rapaces  
**A**ppetet usq; manus v̄besq; et menia narrē  
**A**lterna deleta manu. iurataq; fallent  
**M**umina iusticie. nulli tribuentur honores  
**P**ulsa gemet bonitas. illum venerabituro orbis

**L**ui mala mens suadet fera criminis tota iacebit  
**T**ota quidem orbato tecum reuerentia vultu.  
**D**ea iusticię soboles en improba ledet.  
**S**i probus vllus erit. quem contra insurget iniqua  
Uloce furens factum affirmans. altrixqz malorum  
Inuidia incedet fatali turbida vultu.  
Protinus humanas sedes astrea relinquet  
Diva suos pariter tendet reuerentia cursus  
Ao superos nitido velataqz corpus amictu.  
Hille recedentes ille mortalibus egris  
Non cessanda tamen rerum mala semina linquent.  
Et nunc te moneam qzqz sapis omnia iudex  
His intende animum. sed quid iuuat ista monere.  
Stultus maiori quicūqz resistere tentat  
Vincitur: et magno penas subit inde pudore.  
Sic ego sum tanqz volucris quā prenderit astur  
Prensaqz sublimes agitur philomena per auras.  
Hec dolet infelix vngui trāffixa recurvo.  
Quam contra horribili raptor sic intonat ore.  
Quid misera exclamas. te multum fortior astur  
Ze premis huc ad sis quo te meus egerit ardor.  
Et qzqz bene suave canas mihi cōna futura es  
Silubet aut dimissa iterum remeabis in auras.  
Sic factus tacuit pennatus et impiger astur.  
Tu modo iusticiam cole. nulla iniuria perse  
Tecum habitet. fatale gerit secum illa nec illam  
Ullus amat. nisi mens cui vilis et improba surgit  
Uir bonus hanc inferre timet quā si intulit acti  
Penitet. et magno contristat corda dolore.  
Est via iusticię melior: qua vincitur omnis

Omnis ad extremum veniens iniurius a dor.  
Quid dicam q̄ nūq̄ aliquid dementia noscit  
Ali modo passa prius. si qui male iura ministrat  
Peierat: et tandem dementi panditur error.  
Eripe iusticiam corruptus munere index  
Jus violat dolethc et nulli visa per urbem  
Tristis it et lachrymas penam mortalibus orat  
Qui violent iura et recti sacra federa rumpunt.  
Clerum vbi iusticię sancti seruantur honores  
Iudicioqz pares et ciuis et aduena pendent  
Urbs viget: augetur soboles: pax leta vagatur  
Pax iuuenium nutrit. nunq̄ his fatalia bella  
Preparat altitonans: nullis in rebus egestas  
Imminet. in quęq; nulla est offensio. dulci  
Quos iuuat interdum genio alleuiare labores  
Terra quibus large fundit sua semina et alte  
Montibus innatę mittunt sua munera quercus  
Blandifere in summo. media tamen arbore inustant  
Undiq; apum ingentes acies. vestemq; ministrant  
Lanigerę pecudes. perse magis omnia florent.  
Non his externas merces vehit ardia puppis  
Omnia dat tellus. quid emi q̄ iuncta marito  
Et patribus similes emitit semina partus.  
Non datur hoc quibus illa placet violentia iurie  
Hos ad supplicium vocat alti cura tonantis  
Sepe subit penas plebs tota miserrima tantum  
Unius obnoxiam. pestis furit atra p̄ urbem  
Et male suada fames paulatim deficit omne  
Aulgus: et enatus ostendunt tecta penates.  
Femina nulla parit. sic seuit iuppiter erga

Quos malefacta iuuant qui si modo forte cruentum  
Vilicie exercent studium.mora nulla sinistro  
Marte cadunt.vel si potius iuuat ire per altum  
Ilorum in medio submergitur obruta puppis  
Uos igitur qui iura datis conuertite mentem  
Ad tales hominum penas.diuina potestas  
Mortales circuuiolitans videt improba quorum  
Judicia emergunt multorum in damna deumq[ue]  
Ignorant monitus.genus hi mortale pererrant  
Innumeri tenebris circuifusiq[ue] tuentur  
Justicię sacra iura domant genus omne malorum.  
Illa quidem virgo est supero iouenata parente  
Homine clara suo cetuq[ue] verenda deorum  
Quam si quis violet lachrymans sua fata parentes  
It iouis ante pedes et lamentabile fundens  
Humanos queritur mores ac debeta poscit  
Supplicia in populos.tu iudex causa malorum  
Qui violas sacra iura deg.iam dirige mentem.  
Jus cole.in alterius te nulla pecunia vertat  
Damna.nocet sibi qui cuiq[ue] nocet. et male suadet  
Ille sibi inueniq[ue] si quis male iura ministrat.  
Euncta videt pater omnipotens. et quod mihi tecum est  
O iudex modo si lubeat speculatur ab alto  
Nil latet hunc.aut hoc quales tribuantur honores  
Justicie in populo.quam non ego pectore toto  
Nec mea pgenies coleret postq[ue] orbe sub isto  
Spreta iacet bonitas et ius iniuria vincit  
Inuicto ioue ni fierent.hec accipe frater  
Hec animo meditare iniustum pone furorem:  
Jus quoq[ue] frater ama.sine quo genus omnes ferarum

Credimus alterno certatim corpore pasci  
Et nos instituit vite melioris origo  
Iura dedit pater omnipotens ea pectore toto  
Si quis habet decus eternum pia premia reddet  
Juppiter affligit si quis pro teste vocatus  
Peierat ac in merito pensatur culpa nocentis  
Suppicio offendens ius ille offenditur una.  
Ex quo obscura quidem nulli quoq; cognita surget  
Posteritas iusto de sanguine nata pago  
Clara caput tollit patrio seruata decoru.  
Hec quoq; que referam stultissime concipe frater  
Quam facile innumerar viciorum amplectimur artes  
Haud pcu illa habitant breuis est via qua site undum  
Est via virtutis contraria sudor anhelus  
Hanc sequitur que se scopulosis ardua cliui  
In longum primum iter riget aspera primo  
Ingressu leuis est postq; alta cacumina tanges  
Optimus hic se qui nouit cuncta magistro  
Prospiciens rerum fines meliora sequutus.  
Dignu laude virum parentem recta monenti  
Credimus ille tamen sibi qui non consulit aut qui  
Alterius precepta fugit vir inutilis extat  
Ergo age frater ades generoso e sanguine perse  
Teu fuge fratnos monitus operare laborem  
Inuidet tibi dira fames spicaq; recenti  
Alma ceres ornata caput sua dona ministret  
Sic tibi plena domus segnem crudelis egestas  
Opprimit hunc homines odio superiq; sequuntur  
Torpenti similem fuso cui spicula surgunt  
Horrida distensumq; fauis consumit edendo

**S**emen apū. piger ipse sedet. vitatq; laborem  
**T**u modo curam operi q̄stum potes adiūce frater.  
**H**oreea sic rumpunt messes sic copia rerum.  
**S**ic pecus augetur. sic tu mortalibus & diis  
Bratus eris. segnes animos & inertia corda  
Dederunt. operilaus est imponere curam.  
**T**urpe sc̄ huic phibere manus. incube labori  
Forsitan ad studium torpentia pectora vertes  
Dum partas ostendis opes. virtutis adeptus  
Flumen & eternū laudis decus. vttere quoq;  
Arte para victimum. violare aliena nefandum est:  
Fac superis e quandus eas. incumbe labori.  
Nec pudeat. pudor hic multos in honestus egentes  
Secum habet auget opes fiducia. q̄ melior res  
A superis non vi. proh rerum insana cupido.  
Proh animis infusa lues. iam nulla pudoris  
Lura. iacet passim longe post terga relictus.  
Tu coleris ducete paulatim corruit ille  
Dīo inuisus homo. cui mens intenta rapinia  
Inuigilat neq; eī semper felicia durant.  
Nec minus omnipotens pena affligit eisdem  
Qui seruum offendit. vel qui sanctissima frangit  
Sedera amicicię. seu qui cum coniuge fratris  
Non pauerit infandos coitus fraternus adulter.  
Vel qui in pupillos audet vim ferre nefandam.  
Vel qui in longeua consecrum etate parentem  
Horribili voce insurgit. vixq; abstinet illi  
Uerbera. nō impunet amen. stat pena nocenti  
Post obitum. depone igitur tam falsa superbe  
Bentis consilia. & melioribus vttere quoq;

Tu repio venerare deos his tempore in omni  
Et inunde et pure liba cum clara nitescer  
Sole dies. aut cu nox circufusa tenebris.  
Abscondet terras casto torrenda sub igne  
Hostia mactetur. hymnos cane. tura ministra  
Ulti tibi dñ faueant immensaqz copia rerum  
Hinc tibi nascatur. multis ut egentibus ipse  
Subuenias non ut viuas germane rapinis.  
Loniuas intersi vis discumbere. amicus  
Non hostis veniat primum vicinia. nam si  
Aduersum quicqz acciderit de more repente  
Primum illa accurret. que si sine vestibus esset  
Fuda etiam veniet. qd nō tibi sanguine iunctus  
Non aget. iste sibi vestes atqz omnia ponet.  
Improba dannosa est vicinia. sed proba si sit  
Utilis. hec igitur cupienda est pectore toto  
Tanqz laudis opus. neqz em lamenta refun des  
Amisisse bouem. proba si vicinia tecum est.  
Acceptum metire et eodem ponderere rede  
Vicino. tibi ut hic iterum succurrat egenti.  
Res male parta mala est damnosaqz semp. ab illa  
Ergo caue. nec te vincant in amore sodales.  
Illum adeas qui te. fac mutua munera reddas.  
Sponte datum capias. scelus est letale rapina.  
Quicunqz et si magnū aliqd largitur amico  
Letatur. quicunqz iacit de fronte pudorem  
Et rapit alterius quāqz infima turbat amici  
Visceraqz et mentem cui vis illata rapinet.  
Idde parum paruo: paruo superadde pusillum  
Sic et hoc magnū. infelix pellet ure regis.

**S**i modo rem cum uiles hominē nec ledit habere  
Luncta domi. nocet esse foris. q̄d dulce bonumq̄  
P̄sens accipere: atq̄ absente carere molestum est.  
Tunc bene potandum cum plena effundit ab alio  
Uina cadus. tunc parcus eris cum parte lyeus.  
Desfluit et media. sed cum declinat ad inium  
Spumantes iterum cyatos et pocula sume.  
Quicquid polliciare homini scruetur amico  
Si quicq̄ cum fratre tibi est testem ad iurcibus  
Subridens. nocuit non credere. credere semper  
Fle uetus in allicitat meretrix caue femina mentem,  
Rem totam vorat illa nimis dum blanda videtur  
Heu q̄d damnosum est mulieri fidere cuiq̄  
Rem patria acceptam melius souet vnicus heres.

Zuget et hanc. attu plures in morte relinque  
Ex te ortos. nam plura pater saturnius illis  
Attribuet. sed tesi cęcūs tangit habendi  
Ardor adhuc. fragilisq̄ placet tibi gloria rerum:  
Hec age quemoneam et varios operare labores

**Liber secundus de agricultura.**

**C**um glo emergunt sublimi ab atlantide nate  
Pleiades: truncanda ceres. morientibus illis  
Ditte in aratra boues. latitare ea sidera dicunt  
Uiginti totidemq̄ dies. annoq̄ voluto  
Apparent iterum. maturam incidere messem  
Rufus et incipiunt dentata falce coloni.  
Hanc legem agricolę atq̄ habitantes littora seruant  
Aut qui pingue solum vollos acq̄ tecta tenerent.  
Fluvius atra. nudusq; sere et mete corpore nudo  
**S**ic tempestuos agrorumducere cultus

Augeriq̄ illos magnis successibus optas.  
Ne ve aliena roges interdum paup̄ egenus.  
Qd̄ si ad nos supplex iterum fortasse redib̄is  
Non iterum dabimus. iuuet exercere labores  
Improbe quos inter mortales diua potestas  
Sortita est ne tristis inops cum cōiuge meſta  
Aut cum natorum misera comitante caterua  
Victum a vicino rogites. dare negligit iste.  
Bis seu ter fortasse dabit. dehinc si petis: ultra  
Proficies nihil: at tu plurima verba refundes  
Drabiq̄ iterū frustra tamen. artibus ut te  
Jam pridem admonui inuigila atq̄ incubē laborū  
Dira fames. pcul hinc abeat. tua debita solue.  
In p̄mis tibi conde domum p̄cioq̄ ministram  
Dehinc eme. quā posses custodem adiungere bobus.  
Pone domi quātum toto tibi sufficit anno  
In rebus spes est alienis irrita. nam si  
Hic dare forte neget. tu semp̄ paup̄ egebis.  
Tempora labuntur op̄ez quoq̄ deficit usus.  
Ad cras rem differre nocet. nūq̄ horrea nunq̄  
Implet iners. aut q̄ tempus producit. habenda est  
Lura operi. turgescit opus. mala mille molestant  
Affliguntq̄ hoīem. cui segne et inutile corpus.  
Lumbene se posuit. rapidi vis ignea p̄hebi  
Ec pater omnipotens secundis hymbris ḡther  
Desilit in terras et languida mēbra resumunt  
Jam pridem amissas ḡstiuo in tempore vires.  
Nam breue sol hominū supra caput astat ab alto  
Et de nocte magis currus exercet agendo.  
Tūc operum multo ante memori disciude securi

**S**iluam incorruptam.tunc germina definit arbos  
Fundere datq; suas volitare per aera frondes  
In tres tende pedes mortaria: contineat tres  
Pistillus cubitos: pedibus quoq; confice septez  
Zemonem .qui si fuerit protentus in octo  
Binctibi malleolus crebros formetur in ictus.  
Palmarumq; trium rota sit. varijsq; repone  
Ligna effincta modis. validamq; in montibus altis  
Quere vel effuso campi super equore pinum  
Ac stiuam compone manū q; firmecarator  
Zemoni cuneis dentaliq; alliget imo  
Torqueat r fortes illa durante iuuencos  
Binaq; pterea tectis seruentur aratra.  
Sic melius.nam si casu discinditur vnu:  
Restat adhuc aliud validos agitare iuuencos.  
Zemonem ex ulmo. viridi seu conficelavio  
Stiua sit ex primo dura dentalia quercu.  
Duc in aratra bouem nono qui vivat in anno  
Apta etas operi matura est.franget aratum  
Bos iuuenis.minitans iuuenili prelia cornu  
Et rixam excuens opera imperfecta relinquet.  
Quoq; quaterdecies annorum etate bubulum.  
Quadrifidus panis r ofellas cesus in octo  
Sic cibus huic.recto sulcabit vomere terram  
Si maturus erit.studium intermittet arandi  
Junior.aspiciensq; pares etate colonos  
Ibit ad hos ludosq; ciet lasciuia iuuentus.  
Ergo non melior iuuenis:nec semina verse  
Sparget humi: quantum terre mensura requirit.  
Contemplare etiam cum grus e nubibus altis

Affiduos agitat clangores: nunciat hymnem  
Venturamq; hysiemem tempusq; indicit arandi.  
Angit et illius mentem cui nulla boum spes  
Tunc redeant fessi plena ad presepi a tauri.  
Tunc proprios opare boues et plastra. sed inquis  
Non habeo. dabit hic facile petere atq; negare.  
Dentis inops alius. quid cū componere currum  
Tunc volet ignarus non nouit q̄stus in illo  
Sit labor et centum cōpagibus insita ligna  
Quæ debent multo ante domi prouisa reponi.  
Præterea cum tempus adest rescindere campum  
Fortius insistas operi exercere ministros.  
Nam vertenda duplex tibi siccā atq; humida tellus.  
Uere nouo veniant celeres ad aratra iuuenci  
Fertilis ut grauidā culinus procumbat aristā.  
Neu te decipiat cum semina colligit ḡtas.  
Sit noua cui studeas tellus nec aratra quotannis.  
Terra recens large natis alimenta parabit.  
Plutonem in primis venerare: atq; annua sacra  
Uota refer cereri cum stupe innixus agendo  
Incipis exercere boues stimuloq; fatigas.  
Sic imensa tibi surgent cerealia dona.  
Semina cum terre cōmittis. pone sequatur  
Seruulus: atq; auibus rastro sata leta recordat.  
Optima crede iuuat rerum prudentia cunctos.  
Leditur aduerso qui negligit omnia fato.  
Si sit pingue solum. grauidē inclinantur aristē.  
Felicesq; operum successus a ioue summo  
Hinc capies. neq; sub tectis extendit arachne  
Fila. sed immensæ replebit horrea messes.

Nunc gaude et canis florentia tempora veris  
Letus agas, cum te cassum crudelis egestas  
Aspicit, et parto turget domus. atque aliena  
Re tibi non opus est, tua pluribus adiumentum.  
Fit sterilis tellus medio versat a sub erstu  
Hincque solo residens imas falcabis aristas  
Auersos religans culmos tenuisque sequetur  
Spes vite pauci te mirabuntur ab agris  
Parua sub exiguo referente farr a canistro  
Difficile interdum mutabile noscere tempus.  
Mobilis et varia est alti natura tonantis.  
At si tardus aras tardus tibi solus amanti  
Affera auxilium si largis hymenibus ether  
Tres noctes totidemque dies non cessat ab alto.  
Donec replerit validi vestigia tauri.  
Tempore quo querna residensque sub arbore coccys  
Exululat: gaudentque hominum mortalia corda  
Utere sub aprico, sic tardus forsitan eques  
Qui tempestu diuertit vomere terram  
His intende animum, nec florida tempora veris  
Testate, glacialis hyems tibi cognita surgat  
In qua incumbendum est, nec te villa taberna moretur  
Aut narrata loco sub aprico fabula tardet.  
Dum friget alij vir rem tamen impiger auget.  
Surge igitur, nec te paupertas opprimat illo  
Tempore, dira fames tenues facit esse lacertos  
Elatosque pedes: et crura tumentia multo  
Sanguine, segnis inops, et spes suspenius inani  
Inclinat in mente sceleri, et meditatur iniquos  
Unde paret vicius, hominem spes nutrit egentem

Irrita cui nihil est et tota luce vagatur  
Dum media elapsa est etas; perate ministri  
Londite dic casulas nam semper non erit etas.  
A iano mense in dictum caue nubibus ille  
Letalem bobus glaciemqz et frigora ducit.  
Tracius insurgit boreas et turbine facto  
Disturbat maria ac campos siluamqz sonantem  
Ulticomas quercus annosaqz robora pinus  
Diruit ex alto et valles iacula tur ad imas.  
Siluarum auditur fragor vndeque sed fera duros  
Arrigit ipsa pilos caudamqz in curribus angit  
Quin etiam quibus est nullis densissima pellis  
Perforat ille quidem setosaqz pectora transit.  
Flece sed defendunt dura sub veste iuuenci.  
Et misere algescunt hyrsuto crine capelle  
Uincit ouis boream instantem fultoqz repellit  
Legmine lanarum sed non obstitut illis  
A senibus curuo facit hos incedere collo.  
Non tamen ad teneram penetrat boreale puellam  
Frigus at illa domi cui nondum nota libido  
Natrū apud charē gremium sedet atqz hyemales  
Non sentit glacies et tota nocte quiescit.  
Atqz oleo teneras interdum perluit artus.  
Tum polypo durum est gelidis habitare sub vndeis.  
Nec videt vnde sibi venetur in equore predam  
Alleuierqz famem prios tum deniqz in artus  
Uerit atrocrabiem immensam sic hymbris atris  
Turbatur mare sic catra caligine ccluim  
Sol quoqz ad ethopas radios et lumina fundit.  
Rarus apud graios fugiunt animalia curui

Bore senis valles imas. et dente trementi  
Locaua saxa petūt nemorū tenebrosaq; tecta  
Tunc quoq; ne noceant hyemes tibi, preget artus  
Mollis lena tuos. cui texta ex ordine recto  
Pauca sed aduerso ducantur plurima fila  
Sitq; ea crura tenus. vetat hęc per corpora scatas  
Surgere et instanti prohibet durescere vento  
Legmina sunt pedibus taurozū e pelle cothurni.  
Hec nocet hos inflare pilis. ut frigora vincas  
Edorum teneras neruo bouis in sue pelles.  
Ac dorso suspende. tegant capita alta galeri  
Ne maledicant aures. borea spirante cauendum est.  
Frigoribus tunc ros cōdō diffusus ab alto  
Intus alit cererem sacros operumq; labores.  
Ille quidem vi ventorum effluvialib; vntis  
Tollitur in sublime et matutinus in agros  
Desilit. interdumq; expectat tempora noctis.  
Interdum borea nubes agitante procellas  
Uertitur in ventosam hyeme. fuge prouidus illam  
Acceleretur opus. pete tecta obstantia ventis  
Neforte obscuro nebularum infusus amictu  
Immadeas. largosq; hymbras pluat humida vestis.  
Pascua tunc carpant q;uis non pinguis tauri  
Quippe leuis labor. et longa sub nocte quiescunt.  
Flumentum ingens. vobis uberrima mando  
Agricole. facilisq; dies transire labore.  
Hec seruanda tibi donec nox et qua diebus  
Atq; iterum satio committit semina terre.  
Erdum sexdecies solarium occidit vntis  
Hibernum post solsticium sacrosq; relinquens

Oceanus fluctus sublimi arcturus olympo  
Exoritur primumq; cupit splendescere sidus.  
Tunc vites incidente noui neq; nuncia veris  
Antiquos iteras questus pcedat hirundo.  
Dum tamen immensos effundit pleias estus  
Prosiliensq; vmbrosa petit plantaria limax  
Tellure e sicca. tunc vinea nulla lagonem  
Sentiat. accelerent vincata falce ministris  
Daturā in segetem. nec te pulcherrima tempe  
Detineant segnem matutiniq; sopores.  
Eia agerum pē moras. pelle oīia segnia pelle.  
Dum vocat alma ceres. robusta q; collige farra  
Pone domi quantum toto tibi sufficit anno.  
Dane operi assurgēs. operis pars tercia mane  
Conficitur. labor haud grauis est de mane. viator  
Lōgum liquit iter. taurosq; exercet arator.  
Prēterea sua dum scolytus florentia mittit  
Bermina. et in ramis dulces resonare cicadē  
Sole sub ardenti incipiunt trepidantib; alis.  
Fit capra tunc mollis tunc sunt dulcissima vīna.  
Feminaq; vrenti veneris prūrigine corpus  
Appetit insanos coitus. lassantur ab estu  
Membrā virum. tantumq; potest vis ignea solis.  
Tūc licet ardores gelida relevare sub vībra  
Fontis ad apricos latices. spq; fluentis  
Murmur aquæ faciles quā circum leniter aure  
Aspirant zephūris plerūq; agitantib; illas.  
Vichy lares letus cyathos et pocula sume  
Bublina. ter infusa magis. que temperet vnda.  
Hic tibi ab vberibus capraz caseus adstet

Quenullos pascant fatus. hic lactea loba  
Hic tibi silvestris ponatur caro iuuence  
Quen nondum enixa est. hic mollior edulis adsit  
Et faceas saturus patula sub regminis umbra.  
Surgetamen celo cum fulget orionis astrum.  
Tempus adest. cereri sacras terat area fruges  
Eto ventos posita atq; ingenti & quata cylindro  
Nec nisi librate ducantur ad horrea messes  
Postq; autem satis ad victum tibi contulit cista:  
Continuo cui nulla domus sit quem ministrum  
Eto de etiam ancillam. que sit sine prole. molestum est  
Et graue seruitum illius: quam cura remordet  
Flatorum. blandire cani. panemq; ministra  
Peruigil antefores sedet ille domumq; tuetur  
Denter apax furioq; altis latratibus instat.  
His ppere exactis fenum paleasq; reconde  
Hemiones q;stum satis ac nutritre iuuencos.  
Indelaboranti requie & p;rebenda colono  
Tempus & exhaustis pariter fuga demere tauris  
Dum tamen in media celi statione refulget  
Syrius. orionq; loco splendescit eodem  
Et rosea arcturi cernit pallantias astrum  
Tunc vuas tenero abscindens de corpore matrum  
Per bisquinq; dies tepido sub sole iacentes  
Pande. dies etiam molestant quinq; sub umbra  
Dehinc torque. & capiant vegetas iocunda lygi  
Hunera. sed sidus cum deficit orionis  
Pleiadesq; hiadesq; cadunt meminisse iuuabit  
Protinus impresso subuertere vomere terram.  
Stat tempestiuo cuncta exercere labore.

Tunc vuas tenero abscindens de corpore matrum  
Per bisquinq; dies tepido sub sole iacentes  
Pande. dies etiam molestant quinq; sub umbra.  
Dehinc torq;. capiant vegetes. iocunda lygi  
Munera. sed sidus cum deficit orionis  
Pleiadesq; biadesq; cadunt meminisse iuuabit  
Protinus imp̄ssō subuertere vomere terram.  
Stat tempestiuo cuncta exercere labori.  
Si tamen infestum iuuat ire per equor et alta  
Puppe vehi. moneo ne quando ab atlantide natas  
Orion sequitur totoq; excludit olympos  
Ut videas illas medio submegere ponto  
Flauigio incūbas: mare tunc tollentib; euris  
Obscurum vndosos iaculatur ad ethera fluctus  
Tunc igitur iaceant religate ad littora puppes..  
Saxorum nix̄ obicibus ne forte ruentes  
Discutiant venti. pateat pars una carinę  
Ne pluuiam excipiens putri marcescat ab imbre.  
Instrumenta domi naualiaq; armā quiscant  
Pensa gubernandiq; exploret robora fumus.  
Interea certeris sacros operare labores.  
Hec prosus fugiendus ager. labatur in altum  
Equor amica ratis. dum non magis vnda tumescit  
Nec refluxu vasto sublati gurgite montes  
Vladat onusta tamen censu redditura supbo  
Hic meus ille quidem genitor dum paup egeret  
Errabat maria alta secans fluctusq; profundos  
Ille olim solidam cum amataq; ea litora linquens  
Appulit huc. non spe lucri cōmotus auara.  
Durum opus exercere iniisa virgebat egestas

Ille vagus deum prope tempe heliconia sedem  
Ascream incoluit celi in regione molesta.  
Frigore nunc nimio nunc intolerabilis estu  
Tempore quo se suo iuuat exercere labores  
Flauigium ante omnes. cuius si te vila reuordet  
Lura placetq; altos sulcare per equora fluctus  
Dum faciles spirant venti et furor ille quietit.  
Nec te innisa fames alieno viuere parto  
Logit et inuitus multorum debitor. extes  
Vade. nec in cymba. sed te rehat ardua puppis  
Ingentes referant census ingentia mercis  
Pondera. pterea quae sunt aptissima nautis  
Tempora narrandum est. qd mihi parua p vndas  
Uita fuit. vixq; ex illa tantum aulide cursus  
Litus ad euboeum. sub qua omnis grecia quondam  
Dum pelago deseuith yems conuenit in unum  
Et merito infandos satum iuratur in hostes.  
Inde mihi placuit no longe ad chalcida cursus  
Huc ubi magnanimum genus amphidamantis achiui  
Constituunt populis certamina. et inclyta quondam  
Dunera defuncti ponunt in honore parentis.  
Hic ego me dulcis referentem premia cantus  
Auratos memini tripodas quos sponte dicaui  
Musarum ante aras. quibus antra heliconia cureret.  
Ille ubi me primum dulcem docuere poesim.  
Tantum igitur mihi res naualis cognita surgit  
Dicam aliquid tamen et varios pandam etheris usus  
Hec etiam nobis aspirauere camenae  
Equora tuta legant instructo remige puppes  
Cum deciesquinque est series exacta dierum

Estium post solsticium. et iam deficit estas.  
Nam neque tunc classes medio nec nauita ponto  
Obiuitur. ni forte velit iouis alta potestas.  
Aut deus ipsarumque parens neptunus aquarum  
Exitus omnis in his rerum manet exitus omnis.  
Et lenes spirant zephiri tranquilla quiescunt  
Equora. tunc celere in ventis committe carinam.  
Vltradonista tamen. redditum properare memento  
Quam prius ipsa nouos fundunt vineta liquores.  
Eutenumque imbre. et hyems infausta procellis.  
Aut notus insurgat pluvia rorantibus alis  
Incumbatque mari totumque euoluat ab imo.  
Exercent etiam studium nauale sub ipso  
Utere nouo. cum se tam latas arbor ab alto  
Induit in frondes. quantum vestigia cornic  
Pandit humo depissa. silet tunc nabilis vnda  
Ast ego nauigium graue tunc semperque molestum.  
Crediderim. hoc natura homines levitate nefanda  
Subtrapere agitant diuersa pericula fluctus.  
Ettamen ire placet. quodque mors dura sub vndis.  
Divitiae sunt vita hominum. atque insanus habendi  
Ardor. ad hec animum germane intende parumper.  
Concipe fratnos monitus. maria alta secando  
Factecum nec cuncta vebas. maiora reserua  
Flecnimis est oneranda ratis. sit ponderis equi  
Quicquid in hac durum est aduerso occurreret fato  
Fluctibus in medius. currus discinditur omnis  
Si gravius supinstat onus. seruare memento  
Denaturam in rebus et idonea tempora ad usum.  
Cumque ter decies tibi vita elabitur annos.

Lonnubium maturum aderit decimumq; puella  
Erigat & quartum sed quinto nubat. & illa  
Virgo sit. atq; habitet ppe te. cui sedulus adstes  
Sedulus inspicias artemq; vsumq; puelle.  
Hecage. ludibrio ne te vicinia cantet.  
Loniugenil melius casta. nil turpius illa  
Quę venerem prurit sine fine & prostat ad omnes  
Semper et exitio superimminet illa virorum.  
Nemo etiam fratriis in amore equetur amicus.  
Et pars si quis erit sit amandus tempore in omni.  
Nulla ex te inceptuq; fodus discordia soluat.  
Dentiri scelus est. prestat compescere linguam.  
Infandum si vim tibi quisq; inferret amicus.  
Aut ore aut manib;. surge & vlciscere. redde  
Redde vicem duplcam. q; si illum penitet acti  
Ac pgnam implorans iterum te exoptat amicum.  
Suscipte. vile quidem est homines noua querere semper  
Fdera amicicię. multos si frater amabis  
Non laudo. nullos etiam. medium sit in isto.  
Si tibi corda tument vultus non indicet iram.  
Turpe sequi sceleratum hominem. maledicere cuiq;  
Infandum est. qui iam vita laudatur honesta.  
Nunq; a tenueq; misera obiurgetur egestas.  
Divinum donum est. diuumq; eterna voluntas  
Illa quidem. que sepe viri sublime molesta  
Impedit ingeniumq; vetat supalta leuari.  
Qui loquitur parce linguam nec in omnia soluit  
Thesaurum p̄fse gerit ille. ea gratia magna est.  
Ut linguam moderes p̄sataq; verba loquaris.  
Si quenq; verbo lodes ledenis et ipse

**S**rata in amicorum venias conuiuia sumptu  
Communi. dato particulam. gratissima sunt hęc.  
**A**cre ioui vinum seu dīs de mane cauendum est  
Illauta libare manu. tum vota p̄cando  
Incassum fundes nulli exaudita deorum  
Solis ad aspectum. nec quęq; mingere fas est  
Noctes sub obscura. recto neq; corpore nudo  
Nox quia sacra deis. media nec credimus illud  
Posse licere via. si declinetur ab illa  
Esse etiam vetitum diuis vir et omnia noscens  
Herens parietibus sedet atq; exponit vrinam  
Intus vbi orbatē tenuis latet angulus aulę  
Fleccōitu polluta sacros genitalia pandas  
Ante ignes. neq; cum dulci tibi coniuge p̄stet  
Concubium vt generes. dum mesto a funere tristi  
Denteredis. superum sacra sed letus ab ara  
Credimus inuisum superis semperq; molestum  
Qui natat assiduo labentia flumina cursu.  
Quam prius ablueritq; manus pia vota p̄cesq;  
Fuderit ante ipsas supplexq; orauerit vndas.  
In sandum ante aras vngues incidere cum dīs  
Sacra facis. scelus cyathos imponere vasī  
In quo vina latent. sacros operare lebetes.  
Nil tibi cum in sacris etiam hinclauisse nefandum est  
Perfice tecta prius q; cornix garrula ab alto  
Hunciet atram hyemem ruit hęc inimica procellis  
Fac sedeat bisser. quibus etas exigit annos  
Aut totidem menses natorum cara propago  
Sed est sub instabili. iuuat hoc omnēq; repellit  
Segniciem. facit esse agiles et ad omnia promptus

Fidum aut turpe virum est thermis mulieribus vti  
Hoc proorsus fugiendum etiam stat talibus atrum  
Supplicium. ante aras superum obiurgare nefandum est  
Sacra ministeria ac diuinias spernere cultus.  
Nec licet in fluvio neq; fontis mingere in vnda  
Est quoq; turpe aliud vetitum. fuge pessima fame  
Flomina. fama malum facile in sublime leuatur  
Est graue sufferri nimium: nimiumq; molestum.  
Difficile ut taceat. nunq; delebitur illa.  
Sed uila que varias populi penetrauit ad aures.  
Est dea fama quidem sunt ipsi numina fame.  
Sit tibi pterea series seruanda dierum.  
A iouenati omnes sunt a ioue tempora nata  
Ultima mensis erit nullo exercenda labore  
Hac genio vtendum est. illa omnes festa per vibes  
Ducitur illa forum claudit neq; iura resolut.  
Prima dies sacra est. et quarta & septima. prima  
Platus apollo die radiantia lumina fudit.  
Lucedomum quarta felix ducenda sit vror.  
O mine captato. sunt omnia prospera rebus.  
Et licet in curuam trabibus componere nauim.  
At quintam fuge namq; illaz pallidus ortus  
Tum direcumenidum facies toto orbe vagantur  
Castigant si qua in terris periuria falsum  
Affirmant q; lis alterne agitata creauit.  
Sexta dies tristem ostendit mulieribus ortum.  
Letta viris. multiq; etiam nascentur in illa:  
Quis mala mens fallax animus fallacia verba  
Et qui concubia exercent arcana per artem  
Qui couium setus licitum castrare vel hodos.

Et licet infixa pecudes circumdare manora  
Scindimus octaua forti genitalia tauro  
Lastramusq; sues. felix est ponere plantas  
Nona. viros gigni vel amica sorte puellas.  
Luce viris decima fausto quoq; credimus ortus  
Unaq; post decimam felix incidere vires.  
Et tempestiuam segeti supponere falcem  
Hoc curat bisexta etiam felicior illa  
Stamina & exalto tenuissima torquet arachne.  
Ingentem accumulant formicæ farris aceruuz  
Etiuat arguto percurrere pectinetglas.  
Tunc quoq; siluestres lictum castrare iuuencos.  
Tercia post decimam plataribus optima surgit  
Spargere semen humi pallet contraria semper  
Quartaq; post decimam mulierum prospera natu.  
Ac presos domitare boues validosq; labori  
Hemionos canibus faciles adiungere cultus.  
Et leuire manu pecudiq; imponere mores.  
Atq; aperire cados & dulcia fundere vina  
Sextaq; post decimam plantaribus iniida surgit.  
Oportuna viros nasci sed iniqua puellas  
Aut nasci aut thalamos petere atq; herere maritis  
Septima post decimam cereris terat ordea sacre  
Ingentemq; licet ferro discindere siluam.  
Ac varias aptare trabes quibus ardua tecta  
Moliri aut structam possis agitare carinam  
Nonaq; post decimam felix est cum dea surgit  
Lutea. sed medium eglie cum venit in orbem  
Fit grauis ex media ad finem letissima fulgit.  
Proxima lux sapientem hominem diuina creandi

Insigni viget officio. nec luce dolendum est  
Post illam quarta: sacra est ea. leta trahantur  
Saudia. quinta dies post hanc iuga curua iuuencis  
Ponit et hemionos et colla exercet equorum.  
Altaq; veliuolas deducit ad equora puppes.  
Et noua componit dulci sua vasa lyeo.  
Quam pauci nouere et recto nomine dicunt.  
Suntharum humano genere seruanda dierum.  
Tempora qui ppe illud magnis successibus augent.  
Sunt alię anticipesq; tamen sine mente neq; villo  
Officio excellent hanc alter laudat et illam.  
At paucis natura illarum cognita surgit.  
Nam tunc ipsa dies totum complectitur orbem  
More pie matris. seuq; modo more nouerce  
Hunc fulget nunc atra latet. felixq; beatus  
Alle quidem. quidq; gratus cui cognita sunt hec  
Omniaq; inspiciens rerum se exercet ad usus.

Liber georgicorum. Nicolai de valle finit feliciter.  
Impressus Dauentrię per me Jacobum de Breda  
Anno. M.cccc. xcij.